

DIE 2 FEBRUARII
IN PURIFICATIONE
BEATAE MARIAE VIRGINIS

Sacerdos cum ministris procedit ad benedicendum candelas, et stans versus ad Altare, dicit manibus junctis:

C. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus, qui omnia ex nihilo creasti, et jussu tuo per opera apum, hunc liquorem ad perfectionem cerei venire fecisti: et qui hodierna die petitionem justi Simeonis implesti: te humiliter deprecamur; ut has candelas ad usum hominum, et sanitatem corporum et animalium, sive in terra, sive in aquis, per invocationem tui sanctissimi nominis, et per intercessionem beatae Mariae semper Virginis, cuius hodie festa devote celebrantur, et per preces omnium Sanctorum tuorum, bene ✠ dicere, et sancti ✠ facere digneris: et hujus plebis tuae, quae illas honorifice in manibus desiderat portare, teque cantando laudare, exaudias voces de caelo sancto tuo et de sede majestatis tuae: et propitius sis omnibus clamantibus ad te, quos redemisti pretioso sanguine Filii tui: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

Oratio

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui hodierna die Unigenitum tuum ulnis sancti Simeonis in templo sancto tuo suscipiens dum praesentasti: tuam supplices deprecamur clementiam; ut has candelas, quas nos famuli tui, in cuius nominis magnificentiam suscipientes, gestare cupimus luce accensas, bene ✠ dicere, et sancti ✠ facere, atque lumine supernae benedictionis accendere digneris: quatenus eas tibi Domino Deo nostro offerendo digni, et sancto igne dulcissimae caritatis tuae succensi, in templo sancto gloriae tuae repreaesentari mereamur. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

Oratio

Oremus.

Domine Iesu Christe, lux vera, quae illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum: effunde bene ✠ dictionem tuam super hos cereos, et sancti ✠ fac eos lumine gratiae tuae, et concede propitiis: ut, sicut haec luminaria

Oratio

FEBRUARY 2
THE PURIFICATION OF
THE BLESSED VIRGIN MARY

The priest, with the servers, proceeds with the blessing of the candles. He stands facing the altar with hands joined and says:

C. The Lord be with you. R. And with you also.

Let us pray.

Prayer

Lord, holy Father, almighty eternal God, who didst create all things from nothing, and by thy disposition hast, through the industry of bees, given wax to be made into candles; and who this day didst grant the prayer of Simeon the just: we humbly beg thee, through our invocation of thy most holy name and the intercession of the blessed Mary ever Virgin, whose feast we devoutly keep this day, and by the prayers of all thy saints, graciously to ✠ bless and ✠ sanctify these candles for the service of men, and for the health of their bodies and souls, whether they are on land or on the sea. And from thy holy heaven where thou art enthroned in majesty, hear the voice of thy people, who desire in thy honour to carry these candles in their hand and to praise thee with song. And be merciful to all who cry out to thee, whom thou hast redeemed with the precious blood of thy Son: who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. R. Amen.

Let us pray.

Prayer

Almighty eternal God, who this day didst present thine only-begotten Son in thy holy temple to be received in the arms of holy Simeon, we humbly beg thy goodness to ✠ bless and ✠ sanctify and kindle with the light of thy heavenly blessing these candles which thy servants receive and desire to light and carry for the glory of thy name. May we thus be made worthy to present them to thee, our Lord God, and may we ourselves, set afame with the holy fire of thy most sweet charity, deserve to be presented in the holy temple of thy glory: through the same Jesus Christ thy Son, our Lord, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. R. Amen.

Let us pray.

Prayer

Lord Jesus Christ, true light that enlighteneth every man entering this world, pour thy ✠ blessing on these candles and ✠ sanctify them with the light of thy grace, and mercifully grant that as these lights, lit with visible fire, disperse the darkness

igne visibili accensa nocturnas depellunt tenebras; ita corda nostra invisibili igne, id est, Sancti Spiritus splendore illustrata, omnium vitiorum caecitate careant: ut, purgato mentis oculo, ea cernere possimus, quae tibi sunt placita, et nostrae saluti utilia; quatenus post hujus saeculi caliginosa discrimina, ad lucem indeficitem pervenire mereamur. Per te, Christe Jesu, Salvator mundi, qui in Trinitate perfecta vivis et regnas Deus: per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

Oremus.

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, qui per Moysen famulum tuum purissimum olei liquorem ad luminaria ante conspectum tuum jugiter concinnanda praeparari jussisti: bene **P**ictionis tuae gratiam super hos cereos benignus infunde; quatenus sic administrent lumen exterius, ut, te donante, lumen Spiritus tui nostris non desit mentibus interius. Per Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

Oremus.

Oratio

Domine Iesu Christe, qui hodierna die in nostrae carnis substantia inter homines apparens, a parentibus in templo es praesentatus: quem Simeon venerabilis senex, lumine Spiritus tui irradiatus, agnoverit, suscepit et benedixit: praesta propitiatus; ut ejusdem Spiritus Sancti gratia illuminati atque edocti, te veraciter agnoscamus et fideliter diligamus: Qui cum Deo Patre in unitate ejusdem Spiritus Sancti vivis et regnas Deus: per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

Finitis Orationibus, sacerdos ponit incensum in thuribulum: deinde ter aspergit candelas aqua benedicta, dicendo antiphonam Asperges me, sine cantu, et sine psalmo: et ter adolet incenso. Postea sacerdos stans in medio ante Altare, versus ad populum, distribuit candelas per ordinem: omnibus genuflectentibus, candelam et manum sacerdotis osculantibus. Et cum inceperit distribuere candelas, a Choro cantatur:

Antiphona. *Luc. 2, 32.* Lumen ad revelationem gentium: et gloriam plebis tuae Israel.

Canticum. *Ibid., 29-31.* Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace.

Deinde repetitur tota antiphona Lumen ad revelationem gentium, *quae similiter repetitur post quemlibet versum.*

Quia viderunt oculi mei salutare tuum. **Ant.** Lumen.
Quod parasti ante faciem omnium populorum. **Ant.** Lumen.

THE PURIFICATION

of the night, so may our hearts, lit by the invisible fire of the splendour of the Holy Spirit, be freed from the blindness of all sin: so that with the sight of our minds made clear, we may be able to see the things that are pleasing to thee and helpful to our salvation. Thus, after the darkness and dangers of this world, we may be worthy to obtain unfailing light. Through thee, Christ Jesus, Saviour of the world, who art God, living and reigning in perfect Trinity, world without end. **R.** Amen.

Let us pray.

Almighty eternal God, who by thy servant Moses didst command the purest oil to be prepared for lamps to burn thy **P** blessing on these candles; and as they give us outward light, so grant that the light of thy Spirit may be present inwardly in our minds. Through our Lord Jesus Christ, thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the same Holy Spirit, for ever and ever. **R.** Amen.

Prayer

Let us pray.

Lord Jesus Christ, who didst appear this day in the substance of our flesh and wert presented by thy parents in the temple; whom the aged and venerable Simeon, enlightened by the light of the Holy Spirit, didst recognise, take in his hands and bless: mercifully grant that, enlightened and taught by the grace of the same Holy Spirit, we may truly recognise and faithfully love thee, who art God, living and reigning with God the Father in the unity of the same Holy Spirit, for ever and ever. **R.** Amen.

Prayer

After the Prayers, the priest puts incense in the thurible: then he sprinkles the candles three times with holy water, saying the antiphon Thou shalt sprinkle me, without singing and without the psalm: and he incenses the candles three times. Then the priest stands in the centre before the altar, facing the people, and distributes the candles: all genuflect and kiss first the candle, then the priest's hand. When the distribution of candles begins, the choir sings:

Antiphon. *Luke 2, 32.* A light of revelation for the Gentiles and of glory for thy people Israel.

Canticle. *Ibid., 29-31.* Now, O Lord, thou dost let thy servant go in peace, according to thy promise.

The whole antiphon A light of revelation is then sung again, and is repeated after each verse.
Because my eyes have beheld the salvation. **Ant.** A light.
Thou hast made ready for the sight of all peoples. **Ant.** A light.

IN PURIFICATIONE B.M.V.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. **Ant.** Lumen.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. **Ant.** Lumen.

Deinde sacerdos dicit:

C. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Exaudi, quae sumus, Domine, plebem tuam: et, quae extrinsecus annua tribuis devotione venerari, interius assequi gratiae tuae luce concede. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Oratio

Deinde fit Processio.

C. Procedamus in pace.
R. In nomine Christi. Amen.

Et cantantur antiphonae sequentes:

Ant. Adorna thalamum tuum, Sion, et suscipe Regem Christum: amplectere Mariam, quae est caelestis porta: ipsa enim portat Regem gloriae novi luminis: subsistit Virgo, adducens manibus Filium ante luciferum genitum: quem accipiens Simeon in ulnas suas, praedicavit populis Dominum eum esse vitae et mortis et Salvatorem mundi.

Alia Ant. Luc. 2, 26, 27, 28-29. Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini: et cum inducerent puerum in templum, accepit eum in ulnas suas, et benedixit Deum, et dixit: Nunc dimittis servum tuum, Domine, in pace. **V.** Cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, ipse accepit eum in ulnas suas.

Et ingrediendo Ecclesiam, cantantur: V. Obtulerunt pro eo Domino par turtarum, aut duos pullos columbarum: Sicut scriptum est in lege Domini. **V.** Postquam impleti sunt dies purgationis Mariae secundum legem Moysi, tulerunt Jesum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino. Sicut scriptum est in lege Domini. **V.** Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut scriptum est in lege Domini.

Finita Processione, sacerdos et ministri, accipiunt paramenta alba pro Missa, et candelae tenentur in manibus accensae, dum legitur Evangelium, et iterum ab incepto Canone usque ad expletam Communioneum.

THE PURIFICATION

Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit.
Ant. A light.
As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. **Ant.** A light.

Then the priest says:

C. The Lord be with you. **R.** And with you also.

Let us pray.

Hear thy people, Lord, and by the light of thy grace make us understand in our hearts what we celebrate each year, at thy bidding, in these external rites. Through Christ our Lord. **R.** Amen.

Prayer

Then the procession begins.

C. Let us go our way in peace.
R. In the name of Christ. Amen.

And the following antiphons are sung:

Ant. Make ready thy dwelling Sion, and welcome Christ the King. Open thine arms to Mary, she is the gate of heaven; for she carries the king of glory, the new light. The Virgin stands offering in her arms the Son born before the dawn star. And Simeon taking the child in his arms, proclaims to all the people that here is the Lord of life and death, the Saviour of the world.

Alternative Ant. Luke 2, 26, 27, 28-29. Simeon had received a revelation from the Holy Spirit that he would not see death until he had seen the Lord's Anointed: and when they brought the child into the temple, he took him in his arms and blessed God with the words: Now, O Lord, thou dost let thy servant go in peace. **V.** When Jesus' parents brought in their child, to carry out the custom of the Law in his regard, Simeon took the child in his arms.

On entering the church, they sing: V. They offered on his behalf to the Lord a pair of turtle-doves or two young pigeons: for it is prescribed in the law of the Lord. **V.** After Mary's days of purification had been completed as required by the law of Moses, they took Jesus up to Jerusalem to present him before the Lord, for it is prescribed in the law of the Lord. **V.** Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. For it is prescribed in the law of the Lord.

When the procession is over the priest and sacred ministers put on white vestments for the Mass. The candles are lit and held in the hand during the Gospel, and again from the beginning of the Canon until after Communion.

IN PURIFICATIONE B.M.V.

In Missa quae sequitur benedictionem et processionem candelarum omittitur psalmum Judica me et Confessio cum orationibus Aufer a nobis et Oramus te, Domine.

AD MISSAM

Introitius

Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuum, Deus, ita et laus tua in fines terrae: justitia plena est dextera tua. *Ps. ibid., 2.* Magnus Dominus, et laudabilis nimis: in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus. *V.* Gloria Patri. Suscepimus.

- | | |
|----------------------|----------------------|
| C. Kyrie, eleison. | R. Kyrie, eleison. |
| C. Kyrie, eleison. | R. Christe, eleison. |
| C. Christe, eleison. | R. Christe, eleison. |
| C. Kyrie, eleison. | R. Kyrie, eleison. |
| C. Kyrie, eleison. | |

Postea in medio Altaris dicit:

Gloria in excelsis Deo. Et in terra pax hominibus bona voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus, Rex caelestis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili unigenite, Iesu Christe. Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus Dominus. Tu solus Altissimus, Iesu Christe. Cum Sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.

Deinde osculatur Altare et dicit:

C. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, majestatem tuam supplices exoramus: ut, sicut unigenitus Filius tuus hodierna die cum nostrae carnis substantia in tempio est praesentatus; ita nos facias purificatis tibi mentibus praesentari. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

Lectio Malachiae Prophetae.

Haec dicit Dominus Deus: Ecce ego mitto angelum meum, et praeparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos queritis, et angelus

Ps. 47, 10, 11

THE PURIFICATION

In the Mass which follows the blessing of candles and procession, the psalm Judge me and the Confession with the prayers Take from us and We pray thee, Lord are omitted.

THE MASS

Introit

We have received thy mercy, O God, in the midst of thy temple: as thy name, O God, so also thy praise reaches the ends of the earth; thy right hand is filled with justice. *Ps. ibid., 2.* Great is the Lord and greatly to be praised in the city of our God, on his holy mountain. *V.* Glory be to the Father. We have received.

- | | |
|------------------------|------------------------|
| C. Lord, have mercy. | R. Lord, have mercy. |
| C. Lord, have mercy. | R. Christ, have mercy. |
| C. Christ, have mercy. | R. Christ, have mercy. |
| C. Lord, have mercy. | R. Lord, have mercy. |
| C. Lord, have mercy. | |

Then in the middle of the altar he says:

Glory to God in the heavens, and on earth peace to men of goodwill. We praise thee, we bless thee, we adore thee, we glorify thee, we give thanks to thee for thy great glory, Lord God, heavenly King, God the Father almighty. Lord Jesus Christ the only-begotten Son, Lord God, Son of the Father, Lamb of God, who taketh away the sins of the world, have mercy on us; who sittest at the Father's right hand, receive our prayers; who art holy, thou alone art Lord, thou alone art the most high: Jesus Christ with the Holy Spirit, in the glory of God the Father. Amen.

He kisses the altar and says:

C. The Lord be with you. R. And with you also.
Let us pray.

Almighty eternal God, we humbly beg thy majesty, that as thine only-begotten Son in the reality of our flesh was presented this day in the temple, grant that with souls made clean we may be thus presented to thee: through the same Jesus Christ thy Son, our Lord, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. R. Amen.

Reading from Malachias the Prophet.

Thus saith the Lord God: Behold I send my Angel, and he shall prepare the way before my face; and presently the Lord, whom you seek, and the Angel of the testament, whom

Mal. 3, 1-4

testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercitum: et quis poterit cogitare diem adventus ejus, et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonum: et sedebit conflans, et emundans argentum, et purgabit filios Levi, et colabit eos quasi aurum, et quasi argentum, et erunt Domino offerentes sacrificia in justitia. Et placebit Domino sacrificium Iuda, et Jerusalem, sicut dies saeculi, et sicut anni antiqui: dicit Dominus omnipotens. **R.** Deo gratias.

Graduale. *Ps. 47, 10-11, 9.* Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuum Deus, ita et laus tua in fines terrae. **V.** Sicut audivimus, ita et vidimus in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus.

Alleluja, alleluja. **V.** Senex puerum portabat: puer autem senem regebat. Alleluja.

Post Septuagesimam, omissis Alleluja et versu sequenti, dicitur:
Tractus. *Luc. 2, 29-32.* Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace. **V.** Quia viderunt oculi mei salutare tuum. **V.** Quod parasti ante faciem omnium populorum. **V.** Lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuae Israel.

Sacerdos, inclinatus in medio, dicit:

Munda cor meum, ac labia mea, omnipotens Deus, qui labia Isaiae Prophetae calculo mundasti ignito: ita me tua grata miseratione dignare mundare, ut sanctum Evangelium tuum digne valeam nuntiare. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Jube, Domine, benedicere.

Dominus sit in corde meo, et in labiis meis: ut digne et competenter annuntiem Evangelium suum. Amen.

Deinde conversus ad librum dicit:

- C. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.
- C. Sequentia **†** sancti Evangelii secundum Lucam.
- R. Gloria tibi, Domine.

Luc. 2, 22-32

In illo tempore: Postquam impleti sunt dies purgationis Mariae, secundum legem Moysi, tulerunt Jesum in Jerusalem, ut sisteret eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur. Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Jerusalem cui nomen Simeon, et homo iste justus et timoratus, exspectans consolationem Israel, et Spiritus Sanctus erat in eo.

THE PURIFICATION

you desire, shall come to his temple. Behold he cometh, saith the Lord of hosts; and who shall be able to think of the day of his coming? And who shall stand to see him? For he is like a refining fire, and like the fuller's herb; and he shall sit refining and cleansing the silver, and he shall purify the sons of Levi, and shall refine them as gold, and as silver, and they shall offer sacrifices to the Lord in justice. And the sacrifice of Judah and of Jerusalem shall please the Lord, as in the days of old, and in the ancient years: saith the Lord almighty. **R.** Thanks be to God.

Gradual. *Ps. 47, 10-11, 9.* We have received thy mercy, O God, in the midst of thy temple: as thy name, O God, so also thy praise reaches the ends of the earth. **V.** As we have heard, so we have seen in the city of our God, on his holy mountain. Alleluia, alleluia. **V.** The old man held the boy in his hands: but it was the boy who was master of the old man. Alleluia.

After Septuagesima, instead of the Alleluia and its verse, is said:
Tract. *Luke 2, 29-32.* Now, O Lord, you dismiss your servant in peace, according to your promise. **V.** For my eyes have seen the salvation **V.** which you have ordained for all the nations to behold: a light of revelation for the Gentiles, and of glory for your people Israel.

The priest, bowing in the middle of the altar, says:

Cleanse my heart and my lips, almighty God, who didst cleanse the lips of the prophet Isaias with a glowing coal: in thy gracious mercy be pleased so to cleanse me, that I may worthily proclaim thy holy Gospel. Through Christ our Lord. Amen.

Pray, Lord, a blessing.

May the Lord be in my heart and on my lips that I may announce his Gospel worthily and well. Amen.

Turning to the book, he says:

- C. The Lord be with you. **R.** And with you also.
- C. A passage from **†** the holy Gospel according to Luke.
- R. Glory to thee, O Lord.

At that time: When their days of purification had been completed as required by the Law of Moses, they took Jesus up to Jerusalem to present him to the Lord (for it is decreed in the Law of the Lord that every male opening the womb shall be sacred to the Lord) and to make the offering laid down in the Law of the Lord, a pair of turtle doves or two young pigeons. Now there was a man in Jerusalem called Simeon, a just and devout man, who lived in hope of the solace of Israel, and the Holy Spirit

Luke 2, 22-32

Et responsum acceperat a Spiritu Sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Dominum. Et venit in spiritu in templum. Et, cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: et ipse accepit eum in ulnas suas, et benedixit Deum, et dixit: Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum: Quod parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad revelationem gentium et gloriam plebis tuae Israel.

R. Laus tibi, Christe.

Sacerdos osculatur Evangelium, dicens:

Per evangelica dicta deleantur nostra delicta.

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium, et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis. (*Hic genuflectitur*) Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine: et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in caelum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos, et mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum, et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen.

Deinde osculatur Altare et dicit:

C. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.
C. Oremus.

Offertorium. Ps. 44, 3. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in aeternum et in saeculum saeculi.

Sacerdos accipit Patenam cum Hostia, quam offerens dicit:

Suscipe, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo vivo, et vero, pro innumerabilibus peccatis, et offenditionibus, et negligentiis meis, et pro omnibus circumstantibus: ut sed et pro omnibus fidelibus christianis vivis atque defunctis: ut mihi, et illis proficiat ad salutem, in vitam aeternam. Amen.

was upon him. He had received a revelation from the Holy Spirit that he would not see death until he had seen the Lord's Anointed. Guided by the Spirit, he came into the temple; and when Jesus' parents brought in the child, to carry out the custom of the Law for him, Simeon took the child in his arms and blessed God with the words: Now, O Lord, you dismiss your servant in peace, according to your promise. For my eyes have seen the salvation which you have ordained for all the nations to behold: a light of revelation for the Gentiles, and of glory for your people Israel.

R. Praise to thee, O Christ.

The priest kisses the Gospel, saying:

Through the words of the Gospel may our sins be forgiven.

I believe in one God, the almighty Father, maker of heaven and earth, and of all things visible and invisible. I believe in one Lord Jesus Christ, only-begotten Son of God, born of the Father before all ages; God from God, light from light, true God from true God, begotten not made, one in substance with the Father: through whom all things were made. For us men and for our salvation, he came down from heaven, (*here all kneel*) took flesh by the Holy Spirit from the Virgin Mary, and was made man. He was also crucified for us, suffered under Pontius Pilate and was buried. On the third day he rose again, according to the Scriptures. He ascended into heaven, and sits at the right hand of the Father. He will come again in glory to judge the living and the dead; and his reign will have no end. I believe also in the Holy Spirit, Lord and giver of life, who proceeds from the Father and the Son; who together with the Father and the Son is adored and glorified; who spoke through the Prophets. And I believe in one, holy, catholic and apostolic Church. I confess one baptism for the remission of sins. And I look for the resurrection of the dead, and the life of the world that is to come. Amen.

He kisses the altar and says:

C. The Lord be with you. R. And with you also.
C. Let us pray.

Offertory. Ps. 44, 3. Grace is poured out on thy lips: therefore God has blessed thee for ever and for all ages to come.

The priest takes the paten with the Host, which he offers, saying:

Holy Father, almighty eternal God, receive the sacrifice of this perfect offering, which I thy unworthy servant make to thee, my living and true God, for my sins and offences and negligences without number, and for all who are present here as well as for all the Christian faithful living and dead: that it may prosper their salvation and mine unto life everlasting. Amen.

Aquam benedicit signo Crucis, dicens:

Deus, qui humanae substantiae dignitatem mirabiliter condisti, et mirabilius reformasti: da nobis per hujus aquae et vini mysterium, ejus divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostrae fieri dignatus est particeps, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. Amen.

Accipit Calicem et offert, dicens:

Offerimus tibi, Domine, calicem salutaris, tuam deprecantes clementiam: ut in conspectu divinae majestatis tuae, pro nostra et totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat. Amen.

Aliquantulum inclinatus, dicit:

In spiritu humilitatis, et in animo contrito suscipiamur a te, Domine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus.

Veni, sanctificator omnipotens aeterne Deus (*benedicit oblata, prosequendo*) et bene ✠ dic hoc sacrificium, tuo sancto nomini praeparatum.

Sacerdos lavat manus, dicens:

Ps. 25, 6-12

Lavabo inter innocentes manus meas: et circumdabo altare tuum, Domine.

Ut audiam vocem laudis, et enarrem universa mirabilia tua. Domine, dilexi decorum domus tuae: et locum habitationis gloriae tuae.

Ne perdas cum impiis, Deus, animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.

Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te, Domine.

Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Aliquantulum inclinatus, junctis manibus, dicit:

Suscipe, sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, et ascensionis Iesu Christi Domini nostri: et in honorem beatae Mariae semper Virginis, et beati Joannis Baptiste et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium Sanctorum: ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercedere dignentur in caelis, quorum memoriam agimus in terris. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

He blesses the water with the sign of the Cross and says:

O God, who in a wonderful manner hast formed the noble nature of man and even more wonderfully re-formed it, grant that by the mystery of this water and wine, we may have fellowship in his Godhead, who deigned to share our manhood, Jesus Christ thy Son our Lord, who liveth and reigneth with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. Amen.

He takes the Chalice and offers it, saying:

We offer thee, O Lord, the chalice of salvation, beseeching thy gentle mercy, that for our own and the whole world's salvation it may ascend with a sweet fragrance in the sight of thy divine majesty. Amen.

Bowing slightly, he says:

With humble soul and repentant heart may we be received by thee, Lord; and may our sacrifice be so offered in thy sight this day that it may please thee, Lord God.

Come, Sanctifier, almighty eternal God, (*he blesses the offering and continues*) and ✠ bless this sacrifice, prepared for thy holy name.

Whilst washing his hands, the priest says:

Ps. 25, 6-12
I will wash my hands among the innocent and gather with them at thy altar, Lord;

To hear the song of praise and tell of all thy wonderful works. Lord, I have loved the beauty of thy house and the place where thy glory dwells.

Let not my soul, O God, be lost among the wicked nor my life with men of blood.

Their hands are steeped in evil; their right hands full of bribes. For myself, I walk in innocence; redeem me and be merciful to me. My feet are set in the straight path: where men gather, Lord,

I will bless thee.

Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be: world without end. Amen.

Bowing slightly and joining his hands, he says:

Receive, O holy Trinity, this offering which we make to thee in memory of the passion, resurrection and ascension of Jesus Christ our Lord, and in honour of the blessed Mary ever Virgin, of blessed John the Baptist, of the holy Apostles Peter and Paul, of those whose relics are here and of all the Saints; that it may bring honour to them and salvation to us; and may they, whose memory we keep on earth, be pleased to intercede for us in heaven: through the same Christ our Lord. Amen.

Postea versus ad populum, voce paululum elevata, dicit:

Orare fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.
R. Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis, ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiae suea sanctae. **Sacerdos dicit:** Amen.

Secreta

Exaudi, Domine, preces nostras: et, ut digna sint munera, quae oculis tuae majestatis offerimus, subsidium nobis tuae pietatis impende. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, (clara voce dicit) per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

- C.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.
- C.** Sursum corda. **R.** Habemus ad Dominum.
- C.** Gratias agamus Domino Deo nostro.
- R.** Dignum et justum est.

Praefatio de Nativitate Domini

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus: Quia per incarnati Verbi mysterium, nova mentis nostrae oculis lux tuae claritatis infusil: ut dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibilium amorem rapiamur. Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes:

Jungit manus, et inclinatus dicit:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

CANON MISSAE. UT SUPRA

Sacerdos prosecutur Missam:

Communio. *Luc. 2, 26.* Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini.

Deinde osculatur Altare et dicit:

C. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

He turns to the people, and says in a louder tone:

Pray, brethren, that my sacrifice and yours may find acceptance with God the Father almighty.

R. May the Lord receive the sacrifice from your hands for the praise and glory of his name, for our welfare also, and that of all his holy Church. *The priest says:* Amen.

Secret

Hear, Lord, our prayers, and so that the gifts we offer in the sight of thy majesty may be worthy, give us the assistance of thy fatherly care: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, (*in a clear voice*) for ever and ever. **R.** Amen.

- C.** The Lord be with you. **R.** And with you also.
- C.** Raise your hearts. **R.** They are raised to the Lord.
- C.** Let us give thanks to the Lord our God.
- R.** It is just and right.

Preface for Christmas

It is truly just and right, fitting and for our good, always and everywhere to give thanks to thee, Lord, holy Father, almighty eternal God; for through the mystery of the Word made flesh a new radiance from thy splendour has enlightened the eyes of our mind, so that as we come to know God in visible form, we may be caught up through him to the love of things invisible. And so with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and all the strength of the heavenly host, we sing this hymn everlasting to thy glory:

Joining his hands, he bows and says:

Holy, Holy, Holy Lord God of Hosts. Heaven and earth are full of thy glory. Hosanna in the highest. Blessed is he who comes in the name of the Lord. Hosanna in the highest.

NOW TURN TO THE CANON

The priest continues the Mass:

Communion. *Luke 2, 26.* Simeon had received a revelation from the Holy Spirit that he would not see death until he had seen the Lord's Anointed.

He kisses the altar and says:

C. The Lord be with you. **R.** And with you also.

Oremus.

Quae sumus, Domine Deus noster: ut sacrosancta mysteria, quae pro reparationis nostrae munimine contulisti, intercedente beata Maria semper Virgine, et praesens nobis remedium esse facias et futurum. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus: per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

- C. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.
 C. Ite, missa est. R. Deo gratias.

Sacerdos inclinat se, et dicit secrete:

Placeat tibi, sancta Trinitas, obsequium servitutis meae: et praesta: ut sacrificium, quod oculis tuae majestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihi que, et omnibus pro quibus illud obtuli, sit, te miserante, propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Versus ad populum, benedicens, prosequitur:

- C. Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, et Filius, **†** et Spiritus Sanctus. **R.** Amen.

Sacerdos in cornu Evangelii, dicit:

- C. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.
 C. **†** Initium sancti Evangelii secundum Joannem.
R. Gloria tibi, Domine.

Postcommunio**THE PURIFICATION**

Let us pray.

Lord our God, we beg thee, through the intercession of blessed Mary ever Virgin, make the holy mysteries which thou hast given us strengthen thy redeeming work in us, a saving remedy for us now and in eternity: through our Lord Jesus Christ thy Son, who is God, living and reigning with thee in the unity of the Holy Spirit, for ever and ever. **R.** Amen.

- C. The Lord be with you. R. And with you also.
 C. Go, the Mass is ended. R. Thanks be to God.

The priest bows, and prays silently, saying:

May the homage of my service, O holy Trinity, be pleasing to thee; and grant that the sacrifice, which I, though unacceptable to thee, and through thy mercy bring forgiveness to me and all for whom I have offered it. Through Christ our Lord. Amen.

Turning to the people, he says in blessing:

- C. May Almighty God, Father, and Son, **†** and Holy Spirit, bless you. **R.** Amen.

The priest goes to the Gospel corner, and says:

- C. The Lord be with you. R. And with you also.
 C. **†** The beginning of the holy Gospel according to John.
R. Glory to thee, O Lord.

John 1, 1-14

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehendenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. (*Genuflectit dicens*) Et Verbum caro factum est, (*et surgens prosequitur*) et habitavit in nobis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis.

R. Deo gratias.

Postcommunion